



**R. P. Antonii De Escobar Et Mendoza, Vallisoletani,
Societatis Iesv Theologi, Vniuersæ Theologiæ Moralis,
Receptiores Absqve Lite Sententiæ nec-non
Problematicæ Disquisitiones ... Volumen ...**

Triplex Statvs; Ecclesiasticvs, Religiosus, & Sæcularis

**Escobar y Mendoza, Antonio de
Lugduni, 1663**

Cap. 13. Circa Beneficiorum onera, & vtilitates.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80707](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80707)

CAPVT XIII.

Circa Beneficiorum onera, & utilitates.

DVBIUM LXXIX.

An spectato iure naturali beneficii curam animarum habens, si non resideat, teneatur ante ullam sententiam fructus restituere?

319
Nonnulli
recollo circa
obligatio-
nem resi-
dentia.

DUPLEX est beneficium, coram
um, & simplex: hoc residentiam
non postulat, quia nullum officium
annexum habet præter horarum recitationem,
quæ ubilibet recitari possunt. Curatum
vero non solum iure positivo, sed naturali
divino postulat residentiam, licet contrarium
Catherinus immerito defendat. Nec excusa-
tor quis hac obligatione, licet beneficium
modici sit valoris, neque ex eo, quod coad-
iutorem habeat, quia modicus valor non tol-
lit, quin populus regimine & administra-
tione indigeat, *capit. conquerente, de cleric.*
non residen. Et ob coadiutoris assignationem
non eximitur Parochus à cura beneficii, sed
coadiutor ei additur in levamen. Afficiuntur
grauibus penis non residentes ex Tridentin.
ses. sexta capit. primo. Renouat in primis an-
tiquos Canones aduersus Episcopos, aliosque
curam animarum habentes promulgatos, si
non resident. Insuper aduersus Episcopos
absque causa legitima per sex menses conti-
nuos extra suam Diocesim morantes priva-
tionem ipso iure imponit quartæ partis fru-
ctuum vnius anni, quod si per alios sex men-
ses in huiusmodi persisterint absentia, alie-
rius quartæ partis similem privationem repe-
rit. Crescente verò contumacia, ut seniori
Sacrorum canonum censura subiiciatur, Me-
tropolitani suffraganeos Episcopos absentes,
Metropolitani verò abentem suffraganeus
Episcopus antiquior reserens penam interdicti
ingressus Ecclesiæ, eo ipso incurrenda intra
tres menses per litteras, seu nuncium Ro-
mano Pontifici denunciare teneatur: qui in
iplos absentes prout cuiusque maior, aut mi-
nor exegerit contumacia, suæ supremæ Sedis
authoritate animaduertere, & ecclesiis ipsis
de Pastoribus utilioribus providere poterit,
sic ut in Domino non erit salubriter expedire.
E. ses. i. capit. primo ait. Si quis contra huius
decreti dispositionem abfuerit, præter alias
penas contra non residentes sub Paulo III.
impositas, ac mortis peccati reatum, quem
incurrit, seu pro rata temporis absentie fru-
ctus suos non facere, nec rita conscientia,
alia etiam declaratione non secuta, eos libi

detinere posse; sed teneri, aut ipso cessante,
per superior in Ecclesiasticum illos fabricæ
Ecclesiarum, aut pauperibus loci erogare,
prohibita quacumque conventionione, compo-
sitione, quæ pro fructibus male perceptis ap-
pellatur: ealem omnino quoad culpam,
amissionem fructuum, & penas de curatibus
inferioribus, & aliis quibuscumque, qui be-
neficium aliquod Ecclesiasticum curam ani-
marum habens, obtinent, Sacro Sancta syno-
dus declarata, & decreuit. Iam verò circa pen-
nam non residentibus impositam quaeritur,
an seculo hoc Tridentini decreto & spectato
solum naturali iure. Episcopus, aut beneficia-
rius curam animarum habens, si non resideat,
teneatur ante ullam sententiam fructus resti-
tuere.

In conscientia tenetur, quidquid ob cau-
sam datur, ita cessante, cessat. At fructus be-
neficij propter officium datur, & in illius continen-
tiam stipendium *capit. fin. de rescript. in sexto.* Ergo cur-
officium non exequens, fructus lucrari non
debet: ergo ante sententiam obligatus est,
illos restituere. Neque valet dicere, te per
alium exequi officium; executio namque
alterius te laborantem non constituit: ergo
te non constituit fructus percipiendi capa-
cem, cum eos percipere debeat non ob alicui-
um laborem, sed propriam. Sic Conar. l.
tertio var. capit. 13. numero nono Valquez
de benefic. capit. quarto. §. secundo dub. quarto
num. 133.

Non tenetur, iure positivo seculo, resti-
tuere fructus in absentia perceptos, quia
Tridentinum *ses. sexta capit. primo* statuit,
his absentibus quartam partem fructuum
subtrahendam esse. Ergo si iure naturali om-
nes fructus temporis absentie corresponden-
tes restitui debent, omnes subtrahendi es-
sent, & non quarta pars tantum, quod si di-
cas, Concilium loqui de subtractione fru-
ctuum, non de perceptionum, id non constat, ne-
que iure probari potest. Ita Panormitan. *ad*
cap. prim. m. de celebr. missæ. Synod. v. Cleri-
ci quatuor quæstion. 23. Sol. eodem, nu-
mero 13. Azorius p. secundæ l. septimo cap. 6.
q. 6. & alij.

Existimo hæc sententiam satis esse pro-
babilem, quia fructus beneficii concedi vi
duntur non solum ob officium præstandum, hæc
sed etiam ad sustentationem clerici in partem
Domini assumptæ, ne contra Ratos decentiam
mendicare cogatur: alius si ob officium tan-
quam ad causam adequatam fructus conce-
derentur, cessante officio etiam absque ulla
culpa, fructus cessare deberent: dantur ergo
fructus non solum ob officium, sed etiam in
sustentationem illius, qui Dei Minister est
constitutus. Ergo quatinus cesset officium,
non cessat causa legitima hos fructus percipi-
endi.

DVBIUM

DVBIVM LXXX.

An Episcopus teneatur, aduersus Parochos non residentes remedia, quæ à iure adhibentur, eo ordine tentare, quo sunt ibi præscripta

323
Ex ordine
adhibere
parochos tene-
tur.

Tenetur pœnas à iure expressas adhibere, quo ordine Tridentinum præscripsit. Unde post citationem, seu monitionem centum Ecclesiasticis compellendi sunt, deinde sequestratione, subtractione neque fructuum, ac tandem beneficij priuatione: nec potest episcopus hunc inuerrere ordinem, cum sit à Concilio appositus, quia Concilium non liberum reliquit Episcopo, hunc ordinem inuerrere, sed solum illi liberum reliquit, vt seruato hoc ordine, per censuras ecclesiasticas, & sequestrationem fructuum, aliaque iuris remedia, usque ad priuationem procederet. Sic Praxis Episcopalis p. secunda capit. quarto numer. 96. asserens à Sacra Rota esse decisum Barbosa p. tertia de potest. Episcop. alleg. 53. numero 109. Vgolin de offic. Episcop. capit. 15 §. quarto numer. 4.

324
Nemine,
ne 10 or-
dine adhi-
bent reme-
dia.

Non tenetur eo ordine procedere, sed posse ex illis remedijs vti quo maluerit, vel censuris, vel subtractione fructuum, vel beneficij priuatione, quia eo decreto Concilij non cauetur illi in Ordinem esse seruandum. Ergo non est hæc obligatio Episcopo imponenda. Ita Garcia p. tertia capit. secundo numer. 139. asserens sic esse decisum. Palao romano secundo d. quinto de benef. punct. tertio numer. 10. Barbosa ut infra.

325
Hæc verior
ratio est.

Hanc sententiam credo esse veriorē. Ait enim Augustin. Barbosa in declarat. ad locum Concil. sexta capit. primo. Arbitrio Episcopi relicta est, quæ via, & quo remedio ex his vii voluerit contra non residentes. Unde aut mutauit consiliū, aut non bene pro contraria sententia ab aliquo Doctore citatur. Illud est certum, post factam monitionem sub censura, vel sub pena subtractionis fructuum, beneficij priuatione, sex menses prolabi debere, vt possit executioni mandari, ita vt post quemlibet pœnæ terminum sex menses transeant: alias nulla erit executio. Colligitur ex capit. Ex tunc de cleric. non residentib. et multis decisionibus probat Garcia citatus n. 154.

DVBIVM LXXXI.

In citatione personalis Clerici non residentis, estne, necessarium, expectare semestrem post terminum citationis ad executionem pœnæ?

326
Necessa-

Necessarium non est, quia semestrem solum est datum, cum per edictum vocantur Esob. & Mend. Theol. Mor. Tom. VII.

qui se fraudulenter abscondunt, cap. Ex tunc, de cleric. non residentib. At cum personaliter citantur cap. clericos, cap. inter quatuor semestre non datur, sed solum dicitur, beneficiatos abentes, si moniti, vel expectati non redierint, & iussu impediti non sunt, suis Ecclesijs priuari debere. Sic Garcia p. 3. de potest. Episc. cap. 2. numer. 155. Glos. ad cap. quoniam, ut hic non contestatur, v. canonibus.

Necessarium est, nec statim post terminum citationis pœna potest indicij, quia Concilium post quamlibet monitionem terminum semestris esse expectandum, Pietas enim Ecclesiæ ea temporis interstina assignat, si forte Parochi corrigantur. Ita Barbosa p. 3. de potest. Episc. allegat. 53. n. 105.

Hanc sententiam præfero, vt benigniorem, imò vt magis verbo illi textus vel expectari accommodatam. Annoto autem necessarium non esse, citationem fieri solemnem, & iudiciariam, sed sufficere, si sit simplex & extrajudicialis, quia ad huiusmodi citationem, seu monitionem spoliatio de facto subsequi potest, cap. ex parte, cap. Ex tunc, cap. qualiter, de cleric. non resid. n. 116. Garcia numer. 130. Gregor. Lopez leg. 16. tit. 16. part. 1. Abbas c. Ex parte. n. 4.

DVBIVM LXXXII.

An Cardinales Episcopi ob assensum in Romana Curia excusentur, à residentia in suis Diocesium?

Cum Episcopi solum duobus vel tribus menses per annum abstant, remittit Concilium ses. 23. cap. 1. eorum conscientie, iudicare, an ex legitima causa absint. Leuior autem causa requiritur ad hanc breuem absentiam, quam si longiori tempore continuaretur. Si vero ultra tres menses in toto anno absentia est proroganda, decernit Concilium nequaquam Episcopo licere nisi Christiana Charitas, virgens necessitas, debita obedientia, vel euident Ecclesiæ, aut Republice utilitas exigant, et insuper à Romano Pontifice, vel Metropolitano, vel eo absente, à suffraganeo Episcopo antiquiori residente causæ legitime absentie in scriptis approbentur, nisi cum absentia incident propter aliquod minus & Republice Officium Episcopatus adiunctum: quod quia notorium est, & interdum repentinum, hac approbatione non indigebit. Pro curatis verò, aliisque, quibus animarum cura ob beneficium commissæ est, statuit Concilium, vt quodcumque causa prius per Episcopum cognita & approbata abesse contigerit, vicarium idoneum ab ipso Ordinario approbandum cum debita mercedis assignatione relinquunt. Discedendi autem licentia in scriptis, gratisque concedendam ultra biestrem tempus nisi ex gravi causa non obtineant. Porro causæ à Concilio designatæ legitime quidem ad absentiam sunt. Charitas Christiana quando

328
Hanc opi-
nionem præ-
fero.

329
Nulla
premissa
circa tem-
pus absen-
tia licitum

verbi gratia Episcopi industria & presentia necessaria esset ad graves discordias sedendas, &c. *Vt gens necessitas*, quæ tam ex infirmitate, tum ex impedimento extrinseco nasci potest. *Debita audientia* illius, qui potest præcipere: *Evidens Ecclesia, vel Reipublica utilitas*. His præmissis, quaeritur in primis, an Cardinales Episcopi ob assistentiam in Romana curia excusentur ab assistentia in suis Diocæsi-bus.

330
Excusan-
tur Cardi-
nales.

Excusantur quidem, quia Cardinales Pontifici assistunt, illique sunt Consiliarii pro universali Ecclesiae regimine. ergo eorum in Romana curia residentia in eundem Ecclesiae cedit utilitatem. Deinde, spectato iure communi, tenentur in curia apud summum Praeulem residere, capit. *Bona. el. primo de postulat. prel. & capit. secundo de cler. non resident.* Ita ut absque Pontificis expressa licentia nequeant à curia recedere. Ergo sufficienter à residentia in suis Diocæsi-bus excusantur. Sic Doctores Canonici quos refert, ac sequitur Barbosa p. *tertia. de potest. Episc. allegat. §. 1. n. 12.* Gonzales glossa 24. n. 228.

331
Non excu-
santur

Ex vi Cardinalatus non excusantur, quia videtur à Concilio decium *ses. 23. capit. primo ibi: Etiam si Sanctæ Romanæ Ecclesiae Cardinales sint, obligari ad personalem in Ecclesia, vel Diocesi residentiam.* Ita Cardinalis Ciceran. *secunda secundæ quæstio. 185. a. quinto* Sotus l. 10. de *inst. quæstion. tertia. a. quarto* Azorius p. *secunda l. septima capit. quarto quæstion. septima* Vasquez *opusc. de benef. capit. quarto §. secundo dub. secundo numero 141.* Palao *tom. secundo d. 5. de benef. p. n. 4. n. 6.*

332
Auctoritas
resolutiva.

Antiquo iure nullas Cardinalis eligi poterat in Episcopum eo quod ratione Cardinalatus debebat Romæ assistere, quod com- pati non poterat cum assistentia Episcopatu debita. Si tamen aliquando Pontifex aliquis Episcopi Cardinalis Consilio & industria (post nonnum ius) indigeret, ad causas decidendas negotiaque gravia petra-ctanda, quæ æque benè expediri nequeunt per alios Cardinales non Episcopos: poterit eos à residentia exculare. Secus verò si æque benè negotia per alios valeant expediri, ut regulariter contingit. Limitarim doctrinam, nisi Episcopatus ita Romæ vicinus sit, ut Romæ assistens, Cardinalis, in illo assistere censetur, maxime si negotiis sui Episcopatus personaliter invigilaret, & non tantum per vicarium, quia his circum-stantiis assistentia Romæ vide- tur causam legitimam ab- sentiae exhibere. Mecum Vasquez *citat. altos asserens.*

DVBIUM LXXXIII.

An ad absentiam trium illorum mensium in Episcopis honestandam sufficiat, si fiat animi recreandi causa?

Sufficit quidem, quia huiusmodi animi recreatio necessaria esse videtur, ad Episcopi valetudinem conservandam, vireque addendas ad spirituale ministerium. Sic Sotus l. 10. de *inst. quæstion. tertia. a. quarto* citans alios.

Non sufficit, quia ad animi honestam relaxationem non videtur trium mensium necessarium esse intercedendum. Ita Palao *tom. secundo d. quinto de benef. punct. 4. numer. 1.* Vasquez *de benef. capit. 4. §. 2. a. primo dub. 3. num. 147.*

Existimo, non posse certam regulam assignari. Alij enim mente vno sufficienter tempus ad recreandum animam fortiterent. Alij indigebunt, ut terminus ille producat. Prælatorum id prudentiæ ac conscientiae remitto: ipsi suæ necessitatis conspectu tempus necessarium eorum trium mensium infument. Ne autem alicuius scrupuli causa sim, certam mihi, hanc sententiam satis esse probabilem.

DVBIUM LXXXIV.

An parochi debeant pro absentia bimestri sibi à Concilio concessa, coram Ordinario concessa legitimam probare?

Vidimus Episcopum duobus, vel tribus mensibus per annum sine continuis, seu discretis posse absque villa approbatione superioris abesse à Diocesi. Dubito autem, an idem dicendum sit de Parochis, possint illis duobus mensibus à Concilio sibi concessis abesse ex causa, quæ sibi legitima visa fuerit: an verò teneantur, eam coram ordinario probare? Et quidem quod possit, per unum vel duos dies abesse, imò per hebdomadam ex causa, quæ sibi iusta videatur, relicto vicario idoneo, à sede signato, universalis declarat consuetudo. Pro vno autem, vel altero die feriali absentiae, si nullos sit in Parochia infirmus, poterit abesse, nullo constituto vicario: quia non adest moralis periculum necessitatis eius presentiae. Solum ergo de absentia bimestri est controversia, num debeat fieri, quin Ordinarius causam probe-

Debet

337
Debent
causam
Or-
dinario
probare.

Debent Parochi causam legitimam absentiae coram Ordinario probare, quia Concilium sess. 23. c. 1. ait, *quandocumque* eis (Parochis scilicet) *causa per Episcopum prius cognita, & probata, abesse contigerit, Vicarium idoneum ab ipso Ordinario approbatum cum debita mercedis assignatione relinquunt.* Ergo non remittitur coram arbitrio duorum mensium absentia. Sic Anton. Gomez in *expos. Bul. crucis. cap. 7. ad 4. claus. num. 21.* Vgolin. de *potest. Episcop. cap. 15. §. 5. num. 2.* Præcius *præ. Episcop. p. 2. cap. 3. numer. 26.* Lessi. l. 2. cap. 34. num. 159. Garcia p. 3. cap. 2. num. 22. Barboia p. 3. de *potest. Episc. alleg. §. 3. num. 96.* Valquez *opusc. de benef. cap. 4. §. 2. d. 1. dub. 3. num. 149.*

338
Non debent
nec sario.

Non debent, sed possunt illis duobus mensibus abesse ex causa quæ sibi legitima visa fuerit, quia ante Tridentinum parochio licitum erat abesse per bimestre ex causa, quæ sibi iusta videretur. At per Tridentinum hoc ius immutatum non est: ergo licet parochio, stante causa legitima, abesse per duorum mensium spatium, nulla petita licentia ab Ordinario causam approbatur. Minorem sic probabo. Nam Concilium dicit, eadem omnino esse seruanda in parochis, quæ in Episcopis. Cum ergo Episcopi possint per duos, vel tres menses ex causa, quæ sibi legitima, videretur, abesse: poterant & parochi per illos duos menses sibi concessos. Ita Navar. *sum. cap. 25. nu. 121.* Salcedo *præ. cap. 52.* Azor. p. 2. l. 7. cap. 4. q. 10. Sæ v. *Residentia, num. 7.* Cenedo *colle. 6. ad 6. Decretal. num. 3.* Zerola v. *primario §. 4. dub. 3.* Manuel *tom. 1. sum. c. 36. sine.* Et alij a Garcia citato relati.

339
Hanc sen-
tentiam
eius &
confirmo.

Ego autem existimo primam sententiam esse probabiliorē, & consulendam, secundam vero valde esse probabilem. Nam verba Concilij, quibus prima sententia nigitur, si recte expendantur, secundam approbant opinionem. Inquit enim: *Eadem omnino etiam quoad culpam, amissionem fructuum, & penas, de curatis inferioribus, aliisque curam animarum habentibus esse intelligenda: ita tamen ut quandocumque eos causa per Episcopum cognita, & probata abesse contigerit, vicarium idoneum ab ipso Ordinario approbatum cum debita mercedis assignatione relinquunt.* Ex his enim verbis solum colligitur, parochos, quoties ex causa per Episcopum cognita, & probata abfint, debere relinquere vicarium ab Ordinario approbatum: non autem ex illis colligitur in absentia bimestri obligatos esse ex causa per Episcopum cognita, & probata: imò potius contrarium ex illis verbis infero. Parochi namque le ad breue tempus absentanti licitum est, vicarium à se designatum relinquere, secus si longo tempore le absentauerit, ut optime probat P. Sanchez l. 3. de *mar. d. 31. num. 11.* Ergo parochus, qui bimestri abest (quod tempus modicum reputatur) potest vicarium designare. Ergo potest abesse ex causa, quæ non sit per Episcopum cognita, & probata. Alias si necessarium esset abesse ex causa per Episcopum cognita, & probata, vicarium designare non posset, sed ab Ordinario esset designandus. Sensus ergo verborum illorum est, ut quan-

Escob. & Mend. Theol. Mor. Tom. VII.

documque Parochus obligatus est, causa per Episcopum prius cognita, & probata, abesse, vicarium ab Ordinario approbatum relinquat: non tamen ibi explicatur, quando debeat abesse causa cognita, & probata ab Episcopo, sed id supponitur ex iis, quæ de Episcopis dixerat, debere, inquam, esse, quando abfint ultra bimestre. Fateor, mihi hanc magis arridere sententiam.

DVBIVM LXXXV.

An si quis absit ex legitima causa à superiore approbata, faciat suos fructus Beneficij, si in scriptis approbationem non habeat?

340
Q uia est legitima causa à superiore approbata, & approbata fructus non facit suos, sed tenetur illos restituere, ac si nulla causa legitima intercedente abesset, quaesierim autem an idem sit dicendum de facultate in scriptis habenda.

341
Si quis absit ex causa legitima à superiore approbata, & non referat in scriptis approbationem, fructus in conscientia non amittit, non amittit, quia illa solemnitas non videtur ad substantiam concessionis pertinere. Sic Lessius l. 2. c. 34. dub. 29 n. 158.

342
Amittit fructus, quia non seruauit formam Concilij vtrumque expostulantis, & sufficienti-entiam cause, & illius in scriptis approbationem. Ita Garcia p. *tertia capis. secundo numer. 26.*

343
Mihi quidem Lessij assertum (eius venia) non placet. Nam esto ad valorem concessionis, iure naturæ spectato, scriptura necessaria non sit: est tamen necessaria ad huius concessionis valorem, quia pro forma licentia in scriptis à Tridentino expostulatur.

DVBIVM LXXXVI.

Si beneficiati culpa contracta sit irregularitas, aut aliud iuris impedimentum quo promoueri ad Ordines non valeat, de quo nequit dispensationem obtinere, priuaturne Beneficio?

344
C artum est, ad beneficium Parochiale assumptum debere intra annum ad sacerdotium promoueri: & culpabiliter non suscipi-entem primari ipso iure beneficio accepto ante ullam sententiam, cap. *licet canon. de elect. in sexto.* Quid si ob irregularitatem, vel aliud impedimentum cuius dispensationem obtinere non potest, non promouetur: certe si absque illius culpa contingit bene-

ficio privandus non est. Quæritur autem si illius culpa contractum est huiusmodi impedimentum ante vel post beneficii consecutionem num privatus beneficio sit?

³⁴⁵ *Privatus est benefici-
cio.* Privatus est, quia iam per ipsum stat, quominus valeat promoveri. Sic Glor. ad Cap. licet canon, v. Privatus. Azorius pars secund. l. 7. cap. 16. quest. 11. Bernard. Diaz. pract. cap. 53. num. 7.

³⁴⁶ *Non est
privatus.* Non est privatus, quia posita irregularitate, iam legitime est impeditus, neque per ipsum stat, quominus promoveatur. Quod vero culpam commiserit in irregularitate contrahenda, per accidens est, cum non contigerit ex intentione, ut ab ordinibus suscipiendis impediretur. Ita Rebus. in praxi benefic. tit. de non promor. intra annum. num. 80. Garcia parte tertia cap. 4. num. 6. Lessi. l. secund. cap. 34. numero 10. nil distinguens an irregularis fuerit ex copula, vel non.

³⁴⁷ *Cum his
opinor.* Probabilius crediderim, illum excoletum esse à promotione beneficii, dummodo non sit contracta irregularitas ex intentione, ut ab Ordinibus suscipiendis impediat. Sic enim accidenarium reputo huiusmodi impedimentum. Alias si ob culpam tuam infirmus fueris in utroque beneficii onera sustinere non valeas beneficio privandus esses: quod nemo admittit.

Debent computari naturaliter à momento in momentum, non autem dies inceptus pro completo est habendus, quia quoties a lege sit iudicium computatio per dies de momento ad momentum: itaut si primo Ianuarij die hora octava ante meridiem beneficii resignasti, debes decedere vigesima prima illius mensis die, hora ante meridiem octava, v. resignatio teneat. Sic Flam. l. 12. de resignat. q. 8. num. 26. Azorius parte secunda l. 7. cap. 28. q. 7. Sanchez l. 2. de matr. d. 24. n. 16 & 22.

Non debent naturaliter computari huiusmodi dies, quia diem inceptum pro completo computari debere, probat Lex Quæ sit, ff. de testament. vbi testamenti facti favore, de cetero, eum diem, quo testator impletur, ad testandum, iustitiam esse inceptum. Ita Glor. Leg. Inceptum. ff. de moribus prope finem. Bald. in fine.

Tenendam omnino esse primam sententiam existimo. Quia Lex 3. §. Minorem de minoribus id aperte probat, & Anton. Gomez tra. de leg. 70. Tauri m. 25. Itaque si ante illum diem & horam, qua viginti dies à morte cedas, non tenebit resignatio, & beneficium per obitum non per resignationem vacabit.

D V B I V M LXXXVII.

An minori resignanti Beneficium de iure restitutio in integrum?

³⁴⁸ *Nonnulli
privato.* Certum mihi, minorem 25. annis, & maiorem 14. posse propria auctoritate sine tutoris facultate beneficium resignare, sicuti potest id accipere. Quia in can. spiritualibus, & ab eis dependentibus minor 14. annis pro maiori habetur. Glor. communiter recepta ad Cap. Ex parte, de resus. spoliat. v. quæritur minor. Flam. l. 3. quest. septim. Azorius parte secund. l. 7. cap. 20. quest. 91. Quæritur vero, an huiusmodi minori resignanti danda sit restitutio in integrum?

Danda est, non solum quando res est integra, scilicet, quando beneficium nondum est alteri collatum, sed etiam si alteri collatum sit. Quia nullibi habetur, hanc restitutionem esse exceptam: & generale est, minori graviter laeso restitutionem esse concedendam. Neque obest, quod minor in spiritualibus ut maior procedat, quominus, si laesus ibi fuerit, restitutio non concedatur. Quia agere potest ut maior in iudicio possessorio, & tamen si in eo laedatur, habet auxilium restitutionis. Sic Covarruvias l. prim. varior. capite quinto totum.

³⁴⁹ *Non
dicitur.* Non est danda ei restitutio. Quia vel resignationem fecit ex causis à iure expressis, & danda non approbatis, vel non, si resignatio facta est ex causis à iure approbatis, ut quia duo beneficia habebat, quorum quolibet erat sufficiens ad eum commodè sustentandum: vel in favorem consanguinei, aut amici, aut cum reservatione pensionis retinuit: vel quia

CAPVT XIV.

Circa Beneficiorum vacationem, amissionem, dimissionem, extinctionionem, erectionem, unionem.

D V B I V M LXXXVII.

Viginti dies, quibus debet resignans Beneficium supervenire à die quo resignationi à superiore approbata præstitit consensum: debentne naturaliter computari?

³⁴⁸ *Certa sup-
pono.* CERTUM est, vacare beneficium per possidentis obitum: mors enim omnes solvit. Item per renunciationem ut in l. de renunc. in decret. in sexto. & in Clement. Quia renunciatione beneficio caditur. Omnibus præterea licere beneficiare nunciare, excepto Clerico in Sacris, si aliunde non habeat, unde commodè vivat: & infirmo nisi post resignationem approbatam vixerit viginti dies: & sano, nisi eodem tempore supervixerit. Quæritur vero qualiter dies computandi sint? num debeant naturaliter computari, ita ut incepti pro completis habeantur, an de momento ad momentum?